Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Maius

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

1565

MAIVS



Saluus conductus pro Domino de Ries &c.

MAXIMILIANVS &c Omnibus & singulis &c Exposuit nobis Mag.cus noster et Sacri Romani Imperij fidelis dilectus Franciscus de nouo Castro Dnus in Ries Burgundiæ, Instituisse se, exemplo maiorum suorum inuectum, pro summa sua erga Inclytam Domum Austriacam deuotione, ut eiusdem Domus benignitatem obsequiorũ suorũ humilium ꝓstatione magis sibi demereatur, de cætero Aulam nostram Cæsaream, et Cæteros Sacri Romani Imperij Ducatus seu Principatus, Ciuitates et prouincias, et nra et Regna Terras q̃, hereditarias, ut seipsum, uel suis etiam missis hominibus frequentius inuisere, ac proinde ut eiusmodi suum ex obedienti et fideli erga nos animo profectum institutum, quocunq; tempore comodius tutius et minori impedimento prosequeretur, supplex insuper à Nobis petijt, liberum nrm Cæsareum et Vniuersalem saluum conductum sibi ad nos uenienti et redeunti

et cætera

et cætera quoq; Sac: Rom: Imp: loca peragranti Clemen:
ter suppeditari. Nos igitur Nobilissimorum p̃sertim illi:
us maiorum p̃clara et multifaria obsequia et ministeria
p̃fatæ Domui nr̃æ impigerrime p̃stita benigne recolentes,
ipsa etiam petitione tam honesta deph̃ensa, cum ipsũ
Saluum conductum nr̃um Cæsareum, et omnimodam pro:
fectionẽm suarum securitatem illi minime abnuimus.
Petentes proinde amice et beneuolenter, à Vris̃ Dil̃ns
et Deuotionibus, et uobis serio mandantes, ut tam s̃di:
ctum Dn̄um de Ries, quàm suos homines, ad aulam
nr̃am adeuntes et redientes, cæterq; loca Sacri Im:
perij contingentes, terra mariq;, die noctiq; per Vraz
Dil̃ns et Deuotionũ Dominia et ditiones, libere et
securè penitus progredi dimittatis, neq; ys quicq; im:
pedimenti obijciatis, uel ab alijs, cuiuscunq; status et
dignitatis, quocunq; p̃textu eiusmodi incomoda et im:
pedimenta obijci concedatis, quatenus grauem indig:
nationis nr̃æ poenã euitare uolueritis, Hæc; seria
et exp̃ssa nr̃a est uoluntas. Dat̃ Viennæ Austriæ
die Secunda Mensis Maij. Anno Domini
M. D. LXV.

Literæ pass̃.

592. Literæ passus pro Wenzeslao Zmrzlick.

MAXIMILIANVS &c. Ft ersuscepit in ꝓsentiarum, ad terras ac Regna Cristianorum lustranda, potissimum aut inuisenda et ueneranda S.S. Petri et Pauli limina, Magcus Wenceslaus Zmrzlick de Sweissyn Baro Regni nri Bohemiæ fidelis nobis dilectus. Quem cum cupiamus 2c.

Datæ Viennæ 2da Maij. Anno ꝓ ou. D. LXV.

593. Cardinali Nicolini

Maximilianus &c. Quod Rmus Ds. Vra non minoris lætitiæ causam dederit, constitutu nuper et firmata inter Nos et Illu. Medices familiam affinitas, quàm ipsa licet amplissima Cardinalatus dignitas, qua S. D. Pont. Max. eandem amatam, et accumulatam uoluit, id sane de summo eiusdem Rs. Vra Ds erga Inclytam nram Domum Austriacam studio et deuotione argumentu nobis fuit ꝓ:

clarum

clarum et indubitatum. Quo maior itaq; et studio:
sior est animi eiusdem Rmi. Patris Vrae erga Nos obseruan:
tiss. et deuotissimi ea contestatio, quam ipsa de cætero in
literis ad nos suis declarat, eo plus deuotione nos illa
accrescere cognoscentis ad mutuam Rmi Pris Vrae, beneuo:
lentis et amantis animi comprobationem magis etiam pro:
pensi posthac ferimur. Cardinalatui quidem Rmi Pa:
ternitati Vrae delato ea omnia à superioris insuper ac:
cedere, q ad uitam feliciter et piè traducendam,
et conatus suos pro Repub. Christiana susceptos
magis fortunandos, ipsa desideret, peroptamus,
Nullam ipsi occasionem pretermissuri, qua noster
amor R. P. V. usui ad fortunas et res eius fe:
licius propagandas et commodo esse animaduerte:
tur. Datæ Viennæ, 2da Maij. Anno M.D.LXV.

594°

Cardinali Pisano

Maximilianus &c Animum Rmae Paternitatis Vrae nobis
plurimum addictum, et ad grata nobis officia contestanda
planè propensum; ex lris eius, quibus nos ipsa de Cardi:

nalatus

nalatus dignitate sibi à S. D. Pont. Max. beneuolenter delata reddit certiores. plenè nec sine animi nri iucunda oblectatione agnouimus. Quapropter animi quidem eiusmodi erga nos deuotioni, etsi de hac etiam antea optima nobis semper fuit opinio, mutua nra beneuolentia et amore, quo in ipsam Rm P. V. abundantiore iam multo ferimur, responsum à nobis abundè denceps ut sentiat Rma P. Vra cordi nobis omnino erit. Dignitatem aut illam, qua eadem Rma P. Vra nuper adaucta est, ipsi quidem fortunatiss. Reip. uero Christianæ, cuius illo in munere à R. V. P. cura potissima haud dubiè habebitur, comodo maximo futuram cedere sunt exoptamus. Datæ Viennæ 2da Maij Anno p. N. 1565.

Maximilianus &c

5950 Oratori Romæ.

Et proprijs et suorum meritis eximijs iampridem nobis multum comendatus. Magcus sinceric nobis dilectus

Don Diego

Don Diego Lasso di Castilia suorum aliquem istuc destinauit, cu:
ius opera in negotijs, quæ istic habet, satagendis et prosequendis
utatur. Et igitur Agenti siue Mandatario suo obuetorem in
ipsum Don Diego, benignitatem nram, uolumus, te nro nomine
omni beneuolentiæ genere, studij et intercessionis, cum de his
te compellabit, amanter adesse, et quoniam in eiusdem cō:
mendationem ad Dnum quoq; in Chro Prem D. Marcum
S. R. E. tituli SS XII Apostolorum Cardinalem de Alta
Eps, electum Epum Constantiensem, principem et amicū
nrum charmum scribimus, lras eas, quæ cum hisce ad te
perferuntur, Suæ Dis.ni et ipse reddes, et preterea apud eius:
dem Dis.nem coram etiam uerbis nris eiusmodi, pfatum Don
Diego commendes, ut ipsa sentiat, charum et gratum cum:
primis nos omne id fauoris, quod in hunc propter nos con:
tulerit, esse habituros, feceris aut in hoc pro benigna
nra uoluntate, q in te magis ac magis est propensa.
Data Viennæ 2da Maij Anno 1565.

Maximilianus etc

596 Duci Florentiæ.

Quæ

Quæ T.ae Dis.nis antiqua et innata est in homines uirtute pstantes, et de ipa bene meritos beneficentia et animus liberalis, sane quim Honestum f. n. d. Michaelem Banalli Tridentinum, Capitaneum, Militem strenuu et Veteranum, cuius pserim operæ bellicæ, domi forisq; impigigerrime pstitæ insignia edita testimonia, ipsa quoq; T. Dis.ne memoria haud dubie probe recolit, etiam nulla aliunde accedente eius comendatione, sponte sit, eo quo. dignus e, beneuolentiæ et benignitatis genere nunq; non complexura: Attamen meruit uetus eius et indefessu Inclytæ Domui Uræ Diuo pserim Carolo V.to Imp. patruo. q. nro amantissimo augustiss. me. inseruiendi et obsequia sua militaria alacerrime semper pstandi studium et ardor, ut eum nro etiam nomine chariorem et commendatiorem ab amicis nris et à T. pserim Dis.ne haberi plurimu cupiamus. Præclara igitur T. Dis.ni animi, ad ea q grata nobis accidunt propensissimi exemplo nobis ponetur, quicquid in illum, ob nram hanc comendationem uberius et fructuosius ex priori T. Dis.nis in eum liberalitate et beneuolentia collatum senserimus,

præter

ꝑter quod hominem frugi, et multo etiam in posterũ usui futurum sibi arctius porro deuinxerit, Et sane eiusmodi T. Dis.ᵗᵒ in illum liberalitatis testificatio: ni, nos mutuo in ipsam beneuolentia et amore pari uel etiam superiore quacunq; occasione declarando libe: ratr indubie respondebimus. Valeat eadem Tua Dis.ᵗᵒ Data Viennæ VI.ᵗᵃ Maij Anno 2d. M. D. XXV.

Maximilianus &c.

598ᵗᵒ Georgio Cassandro

Constantem illam et synceram animi tui ad rem Christi: anã studio tuo et labore indefatigabili iuuandam, pro: pensionem iamanten probe cognitam, lrã tuæ Calendis Aprilis ad Nos datæ ꝑclare nobis denuo comproba: runt, cum ꝑsertim tantopere doleas et temporis breui: tate exclusum te, et ualetudine non satis cõmoda ꝑ: peditum, ea qua maxime uoluisses, animi intentiõ: ne et sedulitate operi tanti momenti reuidendo accu: ratius et examinando diutius incumbere non potuisse,

qd

qd multa interea illud relegenti, et in uaria scri:
pta incidenti occurrerint, quæ partim certis locis
percomode adjicere, partim aptius distinguere et
dilucidius explicare licuisset, Verumtamen non est
quod quicq̃ de hoc porro sollicitum te teneat, cuius opera
hoc quidem tempore ita plane nobis satisfiat, ut uix
quicq̃ gratius opportunius ue ad institutũ nostrum,
abs te nobis obtingere potuerit. Cæterum
de te pro ardenti tuo eam ad rem tam piam prose:
quendam desiderio quicquid porro confidenter cum
nonnullis docis conferendo et interloquendo aut et
scriptis communicando abs te ꝓstari pit, non minus ala:
critez qm quidem corporis tui feret imbecillitas sus:
cepturo, à nro et S. Rom. Imp. Principe Electore
Archiepo Coloniensi spem nobis non dubiam datam, libẽ:
ter quoq; et desiderato accepimus, siquidem id ad ne:
gotium plurimum contulerit, et ad multa alia qm
posterum forte occurrant facilius discutienda ap:
prime comodum fuerit et necessarium. Quare
hoc unice te quam benignissime nunc adhortamur,

ut tam

ut tam explendi commodius istius pijssimi uoti tui pro
uniuersali Christianitatis comodo propagando suscepti,
quam nobis obsequendi et gratificandi studij continui gra,
ad nos ipse quamprimum uenias, Super sunt enim pauca
la quædam ex ijs quæ in opere tuo tractantur capitib,
quæ sufficienter lris tractari inter nos nicomode possunt,
adeoq, non nisi coram tam per Theologos et Consiliarios cæ:
terosq, nonnullos doctos nros copiosius communicata, et col:
lata, et ipsi etiam oretenus conferre tecum sumopere cu:
piamus. Negq apud Nos dubium ullum iam est, hac ma:
ximè ratione id nos tandem aliqua ex parte assequutu:
ros esse, quo tu animos principum oium à Deo inclina:
ri exoptas, hoc est, ut Euangelica ueritas, sepositis odijs,
calumnijs, rixis et partium studijs, syngeris animis cogno:
scatur, et amplectatur, et errores ac abusus, qui temporu
progressu et hominum malitia accesserunt, ueris ratio:
nibus corrigendi suscipiantur. Quæ cum ita sint et
hoc solo itinere tantum te Reipub. Chrianæ inseruiturú
intelligas, equidem confidimus plane, te haud grauate
in eo te nobis esse obsecundaturum, Atq; me

quicq;

quicq̃ eorum, q̃ quidem infirmiori corpori tuo, per iter commodissime seruiant tibi desit, nos sane ꝓterquod ipsu anni hoc tempus mitius et sembus inualidisq̃ leuius et amabilius, tibi peregrinanti maxime conducet, et totum pene iter secundo et aduerso flumine aduehendus placidissime conficere possis, mandabimus insuper fideli nobis dilecto Georgio Lang, qui et uiaticum abunde tibi nro iussu suppeditabit, cura etiam Epō Spirensi Principi deuoto nobis dilecto tui commissa, ut de lechia tibi accurate prouideant, qua Vlmam usq̃ (quod iter est plerunq̃ quatuor dierum) comodissime ueharis. Vbi demde per Erasmum Rauchsebnabel Ciuem Vlmensem, cuius etiam hospitio uteris, Nauem tibi bene instructam, quae te ad hanc usq̃ Vrbem expeditissime deferat, conduci iubebimus. Scripsimus aut et electori ꝓfato Coloniensi, de necessariis omnibus tibi ex Colonia Spiram usq̃ nauiganti suppeditandis, Quom itinere deuoti mri et Sacri Rom Imp. Principes Electores Moguntinen et Treuiren. Archiepi ad te iuuandum, et condigne tractandum q̃ spectat,

benigne

benigne liberaliter conferri mandabunt, siquidem eorũ
Dis.res iam ante annum quoq; nobis omnino sese cura-
turas pollicitæ sunt, si quando ad ipas uenire te contin-
gat, Maturari aut quanto ocyus potest profectionẽ
abs te uel hoc nomine omnino uellemus, ut Clemen-
tiori adhuc cœlo redeuns quoq; uti possis, Et sane
quõ citius nobis adfueris eo gratius futurũ obsequi-
um in hoc tuum benignius à nobis agnoscetur, quemad-
modum te facturũ nos quidem nihil porro ambigimus,
expectaturi breui aduentum tuum, de quo tũ, Spiram
ut primũ appuleris, per lras nos mature admonebis,
ut hic quoq; hospitium tibi designari in tempore iu-
beamus. Officium aut et operam omnem hac
in re nobis impensam ea benignitate et liberalitate
semper recolemus, ut pter uera illa iuuati abs te
instituti huius nri Christianissimi et æterna premia,
à nobis quoq; laborem eiusmodi tuum omnem
cumulatissime compensatũ sentias, De cætero
magis ac magis Clementiã tibi nram demeri-
turus. Dat Viennæ 8 Maij. Anno p M.D.LXV.

Post scripta

Post scripta. Quia Sac. Cæs. Mtas. intelligit Electorem Coloniên. pertupere operis tui ad Cæs. Mtem. nisi inspiciendi copiam sibi fieri, equidem Sua Mtas. ut ~~ut~~ in eo illius Dilti. morem geras Clementer annuit. Vale ut in Lrtis.

598.

Priuilegium armorum Christophori Pannonij.

MAXIMILIANVS &c. Cum Virtute suus ubiq; bonos merito habeatur, neq; ea fructuosius inter homines propagetur, quam si foueantur et prouehantur ij, qui uirtutis studium maxime propositum habent, Sane ad nos hoc pertinere, ut quibus ex munere nro Imperatorio, à Deo immortali maior est potestas id curandi et suppeditata facultas, omnino ducimus, ut eiusmodi Virorum, quos uitæ morumq; probitas, uel eruditio, uel alia eiusmodi animi insigna ornamenta p cæteris commendant, conatus laudabiles, si pserim de nobis et Sacro Romano Imperio bene merendi deuotionem suam obsequio suo contestentur, peculiari be:

nignitatis et

nignitatis et liberalitatis genere prosequendos suscipiamus, Eo præcipue instituto penes te quoq; Christophore Pamonie, quem rara uitæ honestate, et multifaria eruditione Præstantem probatissimis testimonijs cognouimus, cuius rerum insuper peritiæ eximiæ uel hoc nobis argumento sit præclaro quod Illustri nro et Sacri Rom: Imperij Principi Electori Joachimo Secundo Margrauio et Electori Brandeburgensi operam tuam et studium, cum multis alijs grauibus in rebus, tum in illa laudatissima Vniuersali totius Sacri Romani Imp: Expeditione contra Turcas nouissime suscepta Latini Secretarij munus agens grauiter fideliter, et indefesse octodecim penè annos ipsius Illtis Electoris attestatione impendisse comproberis, eiusmodi aliquod benignitatis et munificentiæ nostræ monimentum extare Clementer uoluimus, cuius fructus et ipse et posteri tui honoratiores perpetuo sentiant, Motu igitur animi spontaneo, scientes et deliberate, ex Imperatorij nri officij amplitudine tibi eidem Christophoro, et liberis posterisq; tuis legitimis, et qui ab

his legitimè

his legitime quoq; nascentur omnibus et singulis utriusq;
sexus, insigna gentilitia tua antiqua, Quae erant Scu:
tum coeruleum, in cuius ima parte monticulus uiridis
in tres colliculos emergens, ex quarum medio prosilit Leo:
nis flaui aureiue coloris, pars anterior, pedes priores
in altum proiectos adeoq; ad saltum accinctos habens,
ricta hianti et lingua sanguinea late exerta, colu
sagitta pinnata traiectus, Cuiq; Scuto Galea im:
posita erat clausa demissis utrinq; intortis flaui:
sive aurei et coerulei coloris, lacinijs, Galeae uero
Corona aurea, è cuius cono Leo eiusdem coloris
situs, et habitus eminebatur, hoc insuper ornamẽ:
to adaucta et locupletata posthac usurpanda per:
petuo concedimus, Videlicet Scutum cuius infe:
riorem partem mediam occupet Murus turritus,
cum pinis supereminentibus, è quibus prosiliat Leo
medius, in superiorem Scuti partem coeruleam exur:
gens ad eum modum, ut in antiquis supra cõmemora:
tum est, Galea uero et quae huic imposita sunt, im:
mutata à prioribus maneant. pro ut hec ora p

Vide

Vide in Comuni forma — Data Viennæ die VIII.a Maij Anno &c. M. D. LXV.

599. Cardinali Vintimilien.

Maximilianus &c. Equidem ut Rm.a P.tis Vræ animi ornamenta illa uera et unica cum antea ex optimorum Virorum spontanea comendatione, tum eorum ex amabili ista et iucunda conuersatione, qua hic superiore anno fruebamur, rebusq; in arduis gerendis summa prudentia egregiè tum quoq; declarata, penitius perspeximus, nihil planè ambigebamus amplas et insignes dignitates Rm.a Pater.tis Vræ iampridem propositas, quæ eiusdem meritis essent arcessure. Quam nram opinionem cum euentus in eo iam comprobet, Vt Rm.a Pater.tis Vra in Sacrum Cardinalium ordinem feliciter cooptatu intelligamus, sane quæ nra tam ob priuata R. P. Vræ, quam eiusdem per antiquæ Vice Comitum familiæ et virtutis splendidissimæ, et erga nram Inclytam Domu Austriacam summæ deuotionis testimonia frequentissima, in eandem est propensissimi animi uoluntas, hac potissi-

mu gaudemus

mum gaudemus, ista ratione non tam laudi eius iamantea
partae condignum aliquod obtigisse pmium, quam Viam
esse patefactam eiusdem Virtuti in comune etiã Reip.
Christianae comodum facilius et commodius sese propa:
ganda, Et siquidem istum Rma Ptis Vrae erga nos obser:
uantiam et seruiendi cupiditatem antiquam cum ipsa
dignitate non parum accreuisse Vrae eius non obscure no:
bis comonstrant, cordi nobis cumprimis erit, ne in amore
et in benuolentia mutua plurimum et ipsa aducta,
eadem Rma Ptis Vrã quicq; uicissim desideret eorũ,
quae tanto erga Nos studio eius meritò debentur. Et
nunc quidem amplissimae isti R. P. Vrae dignitatis
accessioni amanter congratulantes, ors porro cogita:
tiones et conatus eius, quos minime dubitamus, in af:
flicta potissimũ Christiana Reip. consilijs et opera
ferendo subsidio dies noctesq; uersari à Deo fortu:
nari unice precamur. Datae Viennae 9na Maij
Anno ꝓ N. D. LXV.

600° Cardinali Buzzuto,

Maxim:

Maximilianus &c. Et multum iamantea uirtus multifaria et pietas eximia Ill.mae Patern. Vrae nobis iampridem à Veris laudatissimis, inprimis uero à Ill.mo in Christo patre Cardinale Delphino amico nro charissimo, qui in eiusdem laudem copiose nobiscum, per occasionem non semel tantum est colloquutus, comendata et celebrata in eiusdem amorem et beneuolentiam induxerat, et nunc quoq; propensissimi eiusdem erga nos studij contestatio ista perofficiosa, quam in lris eius beneuolenter deprehendimus, magis et posthac adamatam eandem nobis ommino reddidit, Quare non nisi grata magnopere nobis esse possunt officia illa, q̃ cunq; in R. P.tem Vrã ad istum amplissimũ honoris gradum, in quo nunc ipsam constitutam accepimus, prouehenda Mag.cus f. dilectus Prosper Comes ab Archo noster apud S. D. Pont. Max. Orator, impendit, atq; etiam ea de dignitate cũ R. P.te Vrã plurimum lætamur, eidemq; dignitati porro felicius administranda q̃ seruiant à superis ea fortunatissima euenire, peramanter exoptamus. Nihil de suscepto semel erga R. P.tem Vrãm beneuolentissimo animo unq; porro remissuri. Viennæ 9 Maij Anno 65.

Impressorius

Impressorium pro Huberto Goltzio.

MAXIMILIANVS &c Notum facimus tenore ꝓsentium Vniuersis &c. Ingenuos, hominum ad Remp. maxime literariam iuuandam, animos applicantium, conatus et labores beneficentia et patrocinio nro prouehi foueri atq; adeo ardentius excitari inter cætera Muneris Cæsarei nri officia non postremum esse semper duximus. Cum igitur nr et Sacri Imperij fidelis dilectus Hubertus Goltzius Herbipolensis, antiquarius et incola Ciuitatis Brugensis sub Comitatu Flandriæ nobis humiliter exponat sese summa diligentia, industria et incomparabili sumptu nuper ad publicam utilitatem composuisse et conscripsisse, atq; typis excudendas suscepisse opera aliquot ad historicam antiquitatem eruendam apprime utilia, quorum titulus est, primi quidem (Fasti Magistratuum et triumphorum Romanorũ ex antiquis tam marmoru, quam numismatum monumentis restituti) secundi Cæsar Augustus, siue Historiæ Impp. Cæsarumq;

rumq; Roma: ex antiquis numismatibus restitu-
ta liber Secundus. Tertij. C. Julius Cæsar,
sive historiæ Impp. Cæsarumq; Rom. ex antiquis
numismatibus restitutæ liber primus.

Vereri autem, ne laboris sui immensi in his conscribendis
positi, et sumptus grauissimi in conquirendis undiq;
eiusmodi Numismatibus, eisdemq; sculpturæ et impressi-
oni adaptandis, ac in areis figuris et formis expri-
mendis, fructus et laudem speratam et debitam, ali-
us forte sculptor aut Impressor intra fines Sacri Im-
perij post editionem huiusmodi librorum, eosdem formis
et typis suis imitando excipiendo excudendo demum
diuulgando et diuendendo sibi propriat, pter omnem
æquitatis rationem, in summum rerũ ipsius dispendium.
Oret itaq; supplex ut eiusmodi incommodo, quod indi-
gne in ipsum redundare posset Cæsarea nra authori-
tate occurrerit. Rescripto siue priuilegio Impressorio,
quo quibuscunq; typographis uel sculptoribus per Sacrũ
Romanum Imperium iam comemoratos libros intra
certum à prima authoris editione tempus, excude-

re, aut.

re, aut imprimere et distrahere inhibeatur, indemnita-
ti suae Clementer consulamus. Nos sane precibus illius
benigne annuentes, scienter, et animo bene deliberato
Caesarea nra authoritate expresse inhibemus omnibus
ijs, qui quidem in Sacro Rom Imp. et haereditarijs
nris provincijs, sculpendi, imprimendi artem profiten-
tur, seu alia quarunq; ratione librariam mercaturam exer-
cent, ne ipsi aut aliquis eorum coniunctim uel diuisim in
praeiudicium uel fraudem ipsius Huberti Goltzij, suorum haere-
dum siue mandatum et actionem ab alterutro habentium.
Sub eius nomine, aut sine ipsius consensu uel eiusdem manda-
tariorum audeat praefatos libros siue fastos et Numismatum
libros per ipsum Golhium adhuc edendos exigere, sculpe-
re, imprimere, edere, producere, aemulari uel imitari aut
excipi, sculpi, imprimi, edi, produci, aemulari uel imitari
procurare, aut eosdem libros et opera alibi extra fines
Sacri Imperij forsan praeterq; ab ipso Authore Golhio edita,
sculpta, impressa aut imitata intra fines eiusdem Im-
perij uenum exponere, habere, uel transmittere seu per-
mutare palam occulte, directe uel indirecte aut
quouis sub praetextu usq; ad terminum decem annorum,
qui ab editione cuiusq; libri seu operis proximi nume-

rabuntur

rabuntur, sub poena confiscationis omnium eius modi librorum contra mandatum seu Rescriptum hoc nrum excusorum, et decem insuper marcarum auri in singula opera exsoluendarum mediae quidem fisco Nro Cæsareo, alterius uero partis ipsi Huberto, eiusue hæredibus uel mandatarijs. Mandamus igr Vniuersis et singulis nris et Sac: Rom: Imperij, subditis ac fidelibus dilectis tam Ecclesiasticis quam laicis, cuiuscunq; gradus, status et conditionis existant, In Magistratu pserim constitutis uel eum superiorum suorum noie gerentibus, ut Rescriptu et priuilegium hoc nrm à quibuscunq; inuiolatu atq; intemeratum tueantur, et mulcta pscripta Violatores, si qui erunt, et alia quacunq; ratione coerceant, siquidem indignationem nram grauissimam, et eandem Mulctam subterfugere uoluerint. Et ut firma ratq; hæc ota nos habere omnino uelle apertius constet, nostro et sigillo communitas, et manu subscriptas hasce lras extare uoluimus. Dat Viennæ. 11. Maij. Anno ꝛc. M. D. LXV.

Maxmilian ꝛc.

602 Petro Merendæ.

Tuus

Tuas. XXI Aprilis ad Nos datas tametsi ea nobis non le:
uis etiam animi moeroris causam dederint, abs te tamen
clementi animo accipimus. Quem enim nobis dolorem infe:
licior Serenissimarum Reginarũ Barbarae primùm, deinde
et Helenae, demum Magdalenae quoq; Sororum nostra
charissimarum ualetudo ex illis intellecta incusserat, eũ
summa ista fides, et in earum Pig.bus curandis sollicitudo
indefessa, quam in te probè animaduertimus, plurimũ
sanè lenijt, siquidem et spes tua de earundem conuale:
scentia breui reparanda non dubijs argumentis innita:
tur, quam ipse quoq; aegritudinis illarum progressus, de
quo nobis posteriores literae tuae XXVIII eiusdem mensis
scriptae, laetiora nonnihil nunciant, magis ac magis
confirment. Placet autem nobis plurimùm honorabi:
lem doctum Julium Alexandrinum, protophysicum
nrum fidelem dilectum ist huc esse accersitum, non
quòd in tua nobis opera et studio, et ad curandũ
dexteritate, quae tot annorum tuo iam dudum fide:
li ministerio probatissima est, quicq; desideretur,
uerùm quod ex illius quoq; presentia multum solatij fa:
fatus Ser.mas sorores nras sibi reposuisse sentiamus.

Atq;

Itq; hæc singula Nos Dei imprimis bonitati, quam tam
pijs Virginibus haud dubiè defore nunq; credimus, confi:
sos in spem certam erigunt fore ut ad Nos speratum
iamdiu de restituta penitus illarũ Dilg.:: ualetudine
nuncium breui ex te audiamus, ac proinde eadem
diligentia, qua hactenus es usus, quicquid porro
de singulis illarum Dilg.:: in dies singulos et horas ac:
cidet aut immutabitur, accurate abs te perscribi
ad Nos uolumus. Id quod te sponte etiam cura:
turũ, neq; de priori illarum Dilg.:: salutis cura
et sollicitudine tua remissurũ quicq; ambigimus.
Nunc certè officium et obsequium in hoc tuum libe:
raliter et benignissimè aliquando recolituri et
agnosciturí. Date Viennæ die XI Maij Anno
M D. LXV.

603.

Literæ passus pro Wenceslao
Imrzlick Barone Böemiæ.

MAXIMILIANVS &c. Vniuersis &c.
Fter susceptit in Ipsentiarum ad terras et Regna Chri:
stianorum lustranda, potissimum ant inuisenda et
ueneranda

ueneranda Sanctorum Petri et Pauli limina Mag.cus Wenzeslaus Zmrzlick de Sweissyn Baro Regno nostri Bohemiæ, fidelis nobis dilectus. Quem cum cupiamus una cum tota familia ac comitatu, Eguisq; rebus et sarcinis suis securu et liberu transire, et tutum iter ubiq; locorum reperire, ac decetiâ quibusuis honore tractari: Idcirco etc. Datæ Viennæ xi.a die Maij A.o M.D.XXV.o

604.o Maximilianus

Duci Mantuæ,

Meretur plane Honorabilis Jacobi Stratæ Mantuani fidelis dilecti Antiquarij nri studium indefatigabile, quod in antiquitatibus historicis eruendis ad communem Rempublicâ literarum multos iam annos confert, ut ab optimis quibusq; condigne et liberalr foueatur et adiuuetur, Qua nos ratione potissimum inducti, cum pterea suam ille operam nobis cumprimis addixerit, ad eius quæ pedtat fortunas et prosperitatem singularius nonnihil cordi omnino habemus, Quando igitur ei à T. quoq; Dilx.e hoc tempore plurimum beneficentiæ facili ratione pstari

animad:

animaduertimus, equidem pro syncera illa inter nos
sanguinis et animorũ coniunctione, non dubitauimus,
eundem quem Nos tantopere charum habeamus T. quoq;
Dil.ni benevolenter commendatum suscipere, petimus aut
hoc solum nunc à T. Dil.ni peramanter, ut ꝓfati Jacobi
filio Paulo adolescenti, quem is ex numerosa quam ha-
bet prole bonis lis iamdudum dirauit, de primo uaca-
turo beneficio uel sacerdotio ex his q̃ T. Dil.ni patrona-
ta habet, aut aliàs commodiora benigne prouidere
uelit, quo ex beneficio ipse Paulus adiutus feliciter
coepta lrarum studia opportunius prosequi, et ec-
clesiae tandem communi utilius inseruire aliq̃n possit.
Vel si T. Dil.ni occasio modò nulla incidat, eiusmodi
patronata uel beneficia conferendi, uelit saltem apud
Ill.mum in Chro patrem S. R. E. Cardinalem Gonzagam
eorm consanguineum nrm sua comendatione id effice-
re ut eius Ill.ma Pater.tas ex suis Patronatis, uel
beneficijs alijs collationi suae cedentibus, eo quod pri-
mum uacauerit, ꝓfato paulo benigne consulat. Ea re
Tua Dil.nis, ꝓter quod in hominem frugi, et labore
suo ingenuo patriae suae Mantuae non leui orna-
mento existentem suam beneficentiam conuerterit,

nobis

nobis quoq; pergratum animi sui ad gratificandum no:
bis propensissimi officium ꝓstiterit, mutua synceri con:
sanguinei amoris contestatione ꝓclare aliquando com:
pensandum, Valeat eadem T. Dil.e prosperrime. Data
Viennæ XII Maij Anno M.D.LXV.

Maximilianus etc.

605° Francisco Columnæ

Te præter cætera laude digna, quæ Nobilissima tua fami:
lia complura semper habuit, synceram quoq; eiusdem
erga Inclytam Domum nram Austriacam et antiquã
Deuotionem tanto studio quantum et antea quidem co:
natus tui laudatissimi, nunc etiam lrãe ad Nos tuæ
abundè declararunt, assequi id animũ nobis tuum
ingenuum et constantem magis ac magis comprobat.
Quare quæ semper nobis de te benigna optimo fuit,
ea etiamnum neguicq; immutata nobis inhæret, ut sci:
licet tua opera et studio, quacunq; occasione libenter
et desiderato simus usuri. Quoniam uerò hoc tempore
incidisse scribis, ut à Serm.o Hispaniarũ Rege Catho:
lico

lico patruele nro char.mo, de militari opera tua in
expeditione, quam eius Sex.mus Turcis sese oppositura
nunc parat, ipsi ꝓstanda inuiteris, equidem tantũ
abest Nos eo ab nĩstituto auocatum te uelle, ut
etiam te clementer exhortemur, ne tam gratam eius:
dem Sex.i futuram operam ullo modo deseras: siqui:
dem, ut ipse quoq; te nosse innuis, eiusmodi nra est
cum illius Sex.i et sanguinis et animorũ conuen:
tio, ut æque à Nobis amantur ij, quos eiusdem S.i
fideliter et pro uoto inseruire animaduertimus, ac qui
nobis ipsis, ministerio et seruitio suo adsunt. Eam
igitur profectionem tuam, bona pace et benignissima
nra concessione, quandocunq; commodum tibi erit,
libere nstitues, Deo optimo Max. auspice, qui ꝓfato
Sex.mo Regi eiusq; genti toti tam sancto et pio pro
indicanda à Turcis Christianitate suscepto proposito
accincta haud dubie benignissimus aderit. Sed quod
etiam atq; etiam precamur, tibi benignitatem nrãm
perpetuo adauctam clementer conseruaturi. Data
Viennæ Austriæ die
xiiii.a Maij. Anno ꝓ M. D. LXV.o

606°

Cardinali Saluiato

Maximilianus &c. Equidem R. P. Vrae laetitiam, quamex Coniugio Serm.mae Reginae Joannae Sororis nr.ae char.mae cum Illu.ri Francisco de Medicis Principe Florentiae suoex sorore pronepote feliciter inito suscepisse se scribit, animi id studio erga Nos et niclytam nr.am Domum Austriacam singulari, quod cum Illustri familia ista Medices R. P. Vram unanimiter colere sentimus, plane attribuimus. Atq; idcirco ut omnem mutuum amici ueri et candidi beneuolentiam quauunq; occasione contestandam R. P.tas Vra de nobis tuto polliceatur plane cupimus. Non comissuri unq; ut eadem R. P.tas Vra sua optima nro de amore concepta opinione et de coniugio illo spe et solatio, qm quidem hoc Deus annuerit nra ex parte unq; fruetretur. Valeat eadem R. P.tas Vra felicissime. Dat. Viennae XV Maij Anno M.D.LXV.

Maximilianus &c.

607° Oratori Romae.

compellandos et orandos Nos officiose curauit Illus.
Dux Parmæ princeps et affinis nr charis.mus ut Magn.
sincere nobis dilecti Comitis N. de Sala tam, q illi cum
Illus.ri Marchione Finarien. principe item et amico
nro charis.mo Romæ uertitur fauore et commendatione
nra; facilius prouehi clementer iuuaremus; idem sua
quoq; ex parte à nobis expetente eodem Finariæ Mar:
chione. Verùm cum ea res ex æqui boniq; cognitione
tota pendeat, nos quidem neutri parti amplius fauisse
contestare cupimus, quam iuditia et æquitas ipa fe:
rat et consulat. Tibi itaq; hoc solum mandamus, ut
quod ad expeditiorem saltem causæ eius definitione
litisq; finem maturiorem, opera, studio, sedulitate
et officio tuo conferri potest, nro noie pro pruden:
tiæ tuæ et peritiæ eximiæ iudicio et consilio di:
ligenter utriq; promoueas. habere te aliquid hac
re iuuanda à nobis mandati, utriq; parti com:
modè et modeste significaturus, fages in hoc ex
Clementi uoluntate nra, qua in te abundè propè:
demus. Date Vienna XV Maij Anno ꝓ LXV.to

608° Cardinali Morono

Maximi:

Maximilianus &c. Quam in cæteris constantem Rom.ae P.ti Vrę grata nobis officia declarandi propensionem iampridem cognouimus, eam in confirmatione quoq; Olumicensis Epi à S. D. Pont. Max. maturius et facilius consequenda tam beneuole fuisse petitam, gras illi amantes habemus, non intermissuri, quin nram ad R. P.tem V.tem gratificandum uoluntatem mutuam ipo aliquando effectu petere comprobemus. Valeat Lade Rm.e Pras Vra prosperrime. Datę Viennæ xv.to Maij. Anno ꝓ M. D. xxv.o

Maximilianus &c.

609 Melchiori Balassæ.

Etsi tuo, qui has ferret, seruitori abunde à nobis significatum est, quam re subsistat negotium apud Nos et aulicam nram Cameram expediendum, cuius causa is huc ad Nos delegatus est, & benigna tamen, qua in te ferimur uoluntate et propensione sine hiere ad te perferendis dimittere illum non uoluimus, quibus intelligeres Cæsaream nostrã in te pristinam Clementiam imminui, sed integram tibi

posthac

postbac quoq; semper à nobis iri conseruatum, Datæ Vi-
ennæ xv.to Maij Anno 2d. M.D.LXV.

610°

Cardinali de Crassis &c.

Maximilianus &c. Obseruantis et uere amantis erga
nos animi indubitato planè argumento nobis est, optima
ista nra de beneuolentia, spes et opinio, quam Bo.me P.V.
à se iampridem susceptam, lris ad nos suis hoc tempo-
re tam copiose attestatur, Quang igitur B.P.m Vram
uel ob fidissima illa Diuo Carolo V.to Imperatori patruo
nro amantiss. me: fe.ma et Sex.mo Hispaniarũ Regi Ca-
tholico huius filio pstita tot amorum officia sua bene-
uolenter cumprimis adamandam merito suscipimus, au-
get tamen non leui cumulo amorem hunc nrum et bene:
uolentiam eiusdem deuotio ista et obseruantia, quam in
nos quoq; singulariter deriuari agnoscimus, ex eo quod
de sua nos dignitate S. D. Pont. Max. beneficio nuper
accepta tam officiose admonuerit, eo quoq; nomine nõ pa:
rum lætata, quod sui hinc studij perpetui euidentius
nobis declarandi occasionem porro uberiorem optato sibi

obtigisse

obtigisse intelligat. Ei aut Nos dignitati faustiss. ōia ac:
cedere amanter precamur, nra insuper fauore et animi
propensione mutua, in quibuscunq; ad felicitatem eius
prouehendam spectantib. R. P. V. nunq; non amanter af:
futuri, Valeat eadem Ro. Plas Vra prosperrimè, Date
Vienne, XXI.a Maij. Anno ꝓ M. D. LXV.o/

Maximilianus &c.

611 ° Duci Vrbinatio.

Delatum ad Nos est supplicitèr quendam Vanselliste
de Gubia Mercatorem à Hieronymo Gienger Francisci
Lackbner mercium Venetijs procuratore seu factore non
ita pridem Ceram et Rubri Coloris materiam pro certa
pecunia summa mutuam accepisse, uerùm exinde quo:
tiescunq; eo de debito conuenireturr, soluendo nunq; fuis:
se: Interim et ob æs alienum cum hoc tum apud alios
contractum è Venetijs in patriam, q Vra Dis.s sit sub:
dita sese subduxisse, Etsi igitur Franciscus ille eiusq;
procurator Hieronymus Creditores minime diffidunt si
isthic debitorem Vanselliste iure conuenient, quin Vra
Dis.s quæ eius est in æquitate colenda singularis ui:

gilantia

gilantia et studium, authoritate quod licite petat
minus grauate sint consequuturi. Nra tamen inter:
cessione apud T. Dis.ne uti se posse, propterea maxi:
me supplicarunt, quod nobis intercedentibus, qui inter
nos mutuus est amor et beneuolentia expeditiorem sibi
sperent et faciliorem in id rationem iri suppeditatam.
Quando autem eundem Franciscum Ciuitatis nrae Vien:
nen. Ciuem et Subditum nrum f. d. Virum probum atq;
integrum, Clementia nra, ubi hac in rebus psertim tam
iustis à nobis petitur, libenter planè inuenemus, equi:
dem gratum ualde nobis quoq; acciderit, si T. Dis.ni illi
eiusue factori in recuperando à Vansellista illo, cre:
dito supradicto patrocinij et authoritatis suae psidio
succurrere, propter nram hanc commendationem paulò
maturius et paratius dignabitur. Id quod mutuae qua:
cunq; animi nri propensionis, qua in Tuam Dis.nem perpe:
tua ferimur eidem declaranda occasione, beneuolen:
ter contestabimur. Valeat eadem Tua
Dis.nis prosperrime Datae Viennae xxii Maij An:
no. M. D. xxv.

612.° Litera passus cum testimoniali:
tus pro Egidio Päesmans chorali.

MAXI:

MAXIMILIANVS &c. Vniuersis et singulis &c. Egidius Paesmanus qui has feret, Diuo Ferdinando Imp.ri felicis. me. in Sacello Musico Coralis loco summa fide et sedulitate aliquandiu inseruijt, et cu suis iam rebus alia ratione consulituus comodius in patriam Flandriam uidelicet reuertatur, Et nos et fidem de uita honeste et ministerio suo, quamdiu aulae nrae adfuit diligentissime acto benignâ facimus, et securu pterea itergz expeditum ubigz euenire Clementer cupimus &c. Data Viennae xxiii Maij Anno ꝓ M.D.LXV.

Maximilianus &c.

Iulio Alexandrino

613

Quas ad nos quarta Maij dedisti literas, ea tui sane animi nobis iampridem obsequentis. et deuotissimi signa certa et indubitata pbuerunt. Illud uero inprimis abs te gratum nobis iam accidit, quod et opera tua Serr.mis Regimis, Sororibus nris charr.mis in aegritudine constitutis maturius et opportunius adesses, ad eas relicta omniu rerum tuarum et corporis quoq; ualetudinis cura, tam

obsequenter

obsequenter teisthuc contuleris: atq; eximde nullum
fidi et integerrimi Medici officium apud earum
Dilis pstermiseris, Ea proim tu re priorem nram
benignitatem antea tibi innumeris et diuturnis, ijs:
demq; optatissimis erga Diuum Ferdinandum Imp.
parentem nrm amantissimu fe: me: et nos ipos
Obseguijs conciliatu haud exiguo cumulo adauxi:
sti. Quoniam uero nunc restitutis Dei bonitate
propemodum pristinae sanitati pfatis Serenis. So:
roribus nris, Tridentum patriam tuam reuerti tibi
animus est, ac propterea tempus tantillum quo curá
multimode affectae ualetudinis tuae comodè habeas,
concedi à nobis expetis, equidem nos ea in re tibi, ut
cuius res, et felicitas nobis curae semper fuit, quod
commodum et necessarium ualetudini tuae fuerit per:
benigne annuimus et concedimus, hoc solum te Clemé:
ter admonentes, ut post curam uiuscemodi corporis
tui peractam ad nos quamprimum redeas, ministe:
rium tuum, cui nos multum planè tribuimus pro so:
lita tua fide apud nos repetiturus. De cætero be:
nignissimis te nobis usurum esse semper tibi tuto
pollicebaris. Bat. Viennae XXIIII Maij A°. p.M.D.XXV.

Cardinalis Vrsi:

614° Cardinali Vrsino

Maximilianus &c. De dignitate ista amplissima, qua Rma Pta Vra S. D. Pont. Max. beneficentia adauctam esse ex eiusdem Rmae Pis Vrae lris accepimus, equidem pro ea, quae ex syncero illo animi R. Pis Vrae erga nos studio et propensione tam abunde testata nobis oborta est accumulatior erga ipsam beneuolentia et amore plurimum ipsi congratulamur; quaq; ipsa felicius agendo muneri eiusmodi desideret, à Deo fortunatissima euenire ex animo expetimus. De nra autem optima erga se uoluntate Rma Pta Vra hoc sibi uicissim certo pollicetur, eà ipsi immutatam perpetuo indubitater à nobis ri conseruatum. Valeat eadem Rma Pta Vra. Dat. Viennae XXVI Maij Anno ꝓ M.D.LXV.

Maximilianus &c.

615° Duci Mantuae.

Bartholomeus Manueles Nobilis Veronen. I. V. D.

Virorum

Virorum probatissimorum testimonio apud nos ita commen-
datur, ut eum, qua in re nra sibi intercessione apud T. Dis.
adesse cupit, non inuiti iuuemus. Esse enim uirum com-
probant, non eruditione solum, et rerum peritia pclaru
sed et qui in patria summis pene omnibus honoribus fun-
ctus sit, adeoq; fidei et integritatis spectatæ et indu-
bitatæ: Cum igitur is ex T. D., cui præ cæteris operâ
et obsequium porro suum deferre cumprimis contendit
benignitate mereri singulariter expetat, ut ad officium
primum in Rota Mantuana quod uacat, p cæteris
Clementer asciscatur. Vel si cuismodi nullum iam uaret,
Judex Maleficiorũ ibidem constituatur; Nos sane T.
Dis.em eius nõie peramanter compellatam uolumus,
ut illum, si ulla legitima ratione hoc tempore fieri
potest, in eo quod petit, uel ob nram hanc comenda-
tionem ita comendatum habeat, ut et ipse intelligat
suo comodo, nos à T. Dis.e non uulgariter amari et
obseruari. Erit hoc ualde nobis gratum amoris
T. Dis.is erga nos officiũ, mutuæ ueri consanguinei be-
neuolentiæ testificatione continua abundè quandoqs
compensandum. Date Viennæ xxix Maij. A.o LXV.

Maxim:
Galeatio.

Maximilianus &c.

615° Galeatio Fregosio.

Quod literis tuis xx Maij scriptis, denuo nos admonuisti, desiderato expectans nostram de eo, quod antea ad Nos scripsisses sententiam; Nos equidem benigne admodum suo tempore accepimus, Et cum eiusmodi fuerit negotium, ut maturiori aliquanto deliberatione eguerit, nunc tandem ad Nobilem fidelem dilectu Consiliarium et Oratorem nrum ad Rempublica Venetam destinatum, Franciscum Baronem de Turri scribimus, quæ tibi is nro nõie sigillatim referat. Certu autem omnino habeas, eam rem tum confidenter nobis abs te communicatam, penes Nos secretissimam continen. Tuam pterea fidem et animu tantopere nobis deditum, quæ exinde pclare cognoscimus, nobis ita cara semper extare, ut omnia tibi benigne atqs optime cupiamus. Dat. Vienne xxix Maij. Anno ꝓ M. D. XXV.

Lrx testimo.

Literæ testimoniales cum passu annexo pro Ephippiario, Michaele de Villa Franca,

617.

MAXIMILIANVS &c. Omnibus et singulis notum facimus per ptes, fidelem nobis dilectum Michaelem de Villa Franca, Ephippiarium Dui Imp. Ferdinandi parentis nri amantissimi felicis. me. quatuor annos continuo ita egisse, eo ministerij genere Suæ Mtis. abunde satisfactum ab illo esse certo intelligamus. Et siquidem is iam hinc comodius alibi operam suam porro impendendi causa abiturus est, cum nos Vobis quoq; Commendatu ee Clementer cupimus. Itineri etiam eius opportunius prouehendo quæ vro psidio comodari possunt ea à Vobis benigne et benevolenter illi pstari, ut videlicet illi per uras prouincias uel uræ curæ demandatas tutus et expeditus ubiq; pateat aditus et progressus, eo gratum valde nobis fiet. Subditi uero nri exps: sam nram voluntatem et iussu explebunt. Datæ Viennæ XXIX May. Anno ꝓ M. D. LXV.

Maximilianus &c.

Margarethæ

618. Margaretha Bakik q. Thomæ Olah relictæ viduæ.

Mag.ta deuota nobis dilecta. Quæ ad tem negotio Mag.ci fidelis nobis dilecti Caietani Comitis Thienen. Mag.cus item fidelis nobis dilectus Cristophorus de Nadasd nostro nomine perferet, in ijs abs te fidem illi non secus ac nobis ipsis, certam haberi clementer uolumus, optatum in eo responsum abs te Clementer expectaturi, quo tu priorem et in te benignitatem nram plurimu adaugebis. Datæ Viennæ xxx Maij Anno ꝓ M.D.xxv.

Maximilianus &c

619. Emerico Gobor.

Mag.ce fidelis nobis dilecte. In negotio quod tibi Mag.cus fidelis nobis dilectus Cristophorus Nadasd exponet, ei fidem eandem quam Nobis, habebis, et apud Mag.ta Margaretham Bakik, relictam Egregij Thomæ Olah uiduam efficere studebis, ut nra

Sese

sese illa clementi uoluntati obsequenter accomodet. Atques in hoc pro tuo in Nos solito obseguio, ob quod tibi benigne ualde fauemus. Datæ Viennæ xxx Maij Anno ꝯ bs.

Maximilianus &c.
Christophoro Nadasd.

620.

Magnifice, fidelis nobis dilecte. Exposuit nobis Mag.us fidelis nobis dilectus Caietanus Comes de Thiemis negotiũ quoddam suum, in quo cum de tua fide et beneuolentia sibi multum promittat, Nos ut ei accessuro, ac illa dere te compellaturo, non minor quam nobis ipsis te coram alloquentibus haberes, fides abs te habeatur, et opera et studiũ tuum diligenter ꝓstetur. Clementer petimus, quod illũ quacunqs occasione nris in seruitijs, quibus hactenus tã fideliter ꝓfuit, opportunius foueri et retineri cupiamꝰ. Sumus aũt tibi singulari benignitate propensi. Datæ Viennæ xxx Maij Anno ꝯ M·D·LXV.

621. Ad Regem Hispaniæ Comendatitia pro Ordine S. Catharinæ in Monte Sinai.

Idem ad Regẽ et Duces { Poloniæ. Bauariæ. Sabaudiæ. Albæ.

Maximili.

Maximilianus &c. Quæ nostra est benigna in pijssi:
mum illum S. Catharinæ in Monte Sinai ordinem uo:
luntas et animi propensio sane ad eum nos fouendũ
et sustinendum, ubi à nobis patrociniũ illis desidera:
tur libentes plane et beneuoli uel propterea adsumꝰ,
quòd infractos illorum hominum animos ad Diuini no:
minis cultum etiam in medijs hostium faucibus conser:
uandum et uindicandum oim maxime intentos esse
probe cognoscimus, sinceræ et indubitatæ pietatis et
deuotionis in Religionem Christianam exemplum.
Huius aut nri erga illos animi nunc quidem penes
honorabilem Deuotum nobis dilectum Fratrem Mer:
curium eiusdem ordinis Monachum, qui ab ordinis
sui Vniuersitate in has partes ablegatus ad nos qq;
humiliter salutandos aduenerat, testimoniũ exta:
re qualecuiqꝰ uoluimus toti denuo ceps Ordini, ~~Etsi~~
comodo futurum ~~aut~~ Etsi aut non minori in ho:
mines ꝓsertim tam pios et pro religione uindica:
da periculum nullum subterfugientes, benignitate
et pietate Vrã quoq; Sm uel Dilcẽ T. ferri
omnino existimamus, amoris tamen abundantia,

qua illos

qua illos à cæteris quoq; Christiani orbis Principibus
foueri et suorum meritorũ ꝓmia ferre magnopere cu:
pimus, non patitur, quin eos ipsi quoq; eidem Vrae Sn
aut T. Dilnis hac occasione comendemus, id quod ma:
iorem in modum facimus, Quod si et cum fructu effe:
cerimus, sentiet Vra Slus ut T. Dilnis ꝓter optime
positi beneficij comodum liberali animo maxime de:
sideratũ, id ~~quod~~ à nobis inter singularia et eximia
T. Dilnis erga nos animi beneuolentissimi et propen:
sissimi officia connumeratum et memoria amanti per:
petuo iri conseruatum. Valeat eadem V. Slus. T. Dilnis
prosperrime, datæ Viennæ XXXI Maij Anno ꝓ
M. D. LXV.